



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacramentum Ordinis

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1694

Caput IX. De irregularitate, quæ ab ordinando necessario abesse debet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42240

in sequentem diem Domini-
cam, quam jejunii prorogatio-
nem Ecclesiasticum non requi-
rit. Extra jam dictum casum
nullus reperitur textus juris,
qui obliget Episcopum aut or-
dinandum ad ullum jejunium.
Unde neque Episcopus neque
ordinandus tenentur jejunare
pridie ordinationis, nisi fortè
in illum diem cadat jejunium
Ecclesiæ. Gob. l. c. n. 257. Au-
ctor nihilominus sum, ut hi,
qui per sacrorum Ordinum
suscceptionem adituri sunt mi-
nisterium ipsis Angelis tre-
mendum, angelico cibo, id est,
pridiano jejunio ex devotione
urantur. Nam ut loquitur S.
Athanasius Lib. de Virg. jeju-
nium Angelorum cibus est, &
qui eo utitur, Ordinis Angeli-
ci censendus est.

CAPVT IX.

*De irregularitate, quæ ab ordi-
nando necessario abesse debet.*

Ordinandus
non debet
esse irregu-
laris.

Septimò requiritur, ut or-
dinandus non sit irregula-
ris.

Extra su-
pradictum
casum neq;
Episcopus,
neq; ordi-
nandus
obligatur
speciali
jure ad
jejunium
pridie or-
dinationis.

Suadetur
ordinandis,
ut ad su-
sceptionem
sacri Ordi-
nis volun-
tario jeiu-
nio se di-
sponant.

ris. Nam irregularitas est impedimentum à jure Canonico inductum, quo quis fit inhabilis & ineptus ad Ordines suscipiendos licitè, & susceptos licitè exercendos. Quæ si prohibet susceptionem omnium Ordinum, & susceptorum exercitium, dicitur totalis, si autem prohibeat solum ascensum ad Ordinem superiorem, aut impediatur alicujus tantum Ordinis exercitium, dicitur partialis. Et quia irregularitas oritur ex quolibet defectu, sive naturali, sive morali, qui aliquam post se indecentiam trahit ad Ordines decenter suscipiendos aut exercendos, hinc rectè dividitur in eam, quæ est ex defectu, & in eam, quæ est ex delicto. Prior, quæ est ex defectu naturali corporis aut animæ &c. non est pœna, quia nullam supponit culpam, posterior, quæ est ex delicto, est quidem pœna, non autem medicinalis, quales sunt censuræ, quæ infliguntur per modum

Explicatur quid sit irregularitas, & quando totalis, quando partialis dicatur.

Alia est ex defectu, alia ex delicto. Quæ est ex defectu, non est pœna: quæ verò ex delicto est pœna; at non medicinalis, quales sunt censuræ, sed punitiva. Unde

nō tollitur
absolutio-
ne, sed di-
spēsatione.
Nec com-
prehēditur
sub cōcessa
potestate in
Jubilæis
absolvendi
à censuris,
nisi exprese
addatur.
Quamvis
nonnulli
DD. de ea,
quæ est
pura poena
peccati,
contrarium
sentiant.

medicinæ ad curandam & tol-
lendam in delinquente contum-
maciam, quâ præceptum aut
legem Ecclesiasticam contu-
maciter violat; sed est poena
punitiva & ex se perpetua, quâ
in perpetuum, nisi accedat di-
spensatio, impeditur à susce-
ptione Ordinum & eorum usu.
Unde irregularitas non est cē-
sura, neq; ad modum censuræ
tollitur per absolutionem, sed
per solam dispensationē. Bon.
De censur. dub. 1. quest. 1. part. 1.
Ac proinde quando in jubilæis
aut privilegiis datur potestas
absolvendi à censuris, non cō-
prehenditur irregularitas, nisi
expresse Addatur. Non est ta-
men improbable irregulari-
tatem provenientem ex deli-
cto, & quæ est pura poena pec-
cati, venire nomine censuræ,
adeòque ab habente potesta-
tem absolvendi à censuris, etiã
ab hac absolvere posse. Dian.
Part. 4. Tract. 2. ref. 103.